



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

197. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex Concilio Carthaginensi,*  
*capit. CXLVII.*

CXC VII. Sacerdote in Ecclesia verbum  
faciente, qui egressus de auditorio fuerit, ex-  
communicetur.

Concil. Car-  
thag. 4. c. 24.  
Burchard. lib.  
2. c. 66.

Ut sacrarium mulieres non introeant. *Ex*  
*Concilio Laodicensi.*

CXC VIII. Quod non oporteat mulie-  
res ingredi ad altare, & ea contingere quæ vi-  
rorum officiis deputata sunt. [*Vide lib. 7. Ca-*  
*pitular. cap. 134. 175. 189. & Capitulare Theo-*  
*dulfi Episcopi Aurelian. cap. 6. Capitulare*  
*Abytonis cap. 11. & Capitula ejus cap. 16.*]

Concil. Lao-  
dic. c. 44.  
Burchard. lib.  
3. c. 100.

*Ex epistola Leonis Papæ.*

Nihilominus impatienter audivimus tan-  
tum divinarum rerum subiisse despectum ut  
feminæ sacris altaribus ministrare firmentur,  
cunctaque non nisi virorum famulatui depu-  
tata sexum cui non competit exhibere.

Decreta Ge-  
las. c. 26.  
Burchard. lib.  
3. c. 101.

De eadem re. *Ex Concilio Tornensi.*

CXC IX. Dicitur est nobis quod quidam  
Presbyteri, celebrata Missa, detrectantes ip-  
si sumere divina mysteria quæ consecrarunt,  
calicem Domini mulierculis, quæ ad Missas  
offerunt, tradunt, vel quibusdam laicis, qui  
dijudicare corpus Domini nesciunt, id est, dis-  
cernere inter cibum spiritalem & carnalem.  
quod quantum sit omni ecclesiasticæ religioni  
contrarium, pietas fidelium novit. Unde om-  
nibus Presbyteris interdiximus ut nullus im-

Burchard. lib.  
3. c. 76. ex  
Concilio Ro-  
tomag. c. 2.